

Heinrich Schuckmann

Henricus Schuckman I.U.D. & Codicis Professor, Iuridicae Facultatis vice Decanus, & p.t. Academicae Rostochensis Rector. Ad Disputationem Inauguralem die 22 huius mensis Septembris, in Maiori Auditorio, solemniter habendam. Dn: Professores, omniumq[ue] Facultatum ac Ordinum Cives Academicos, suo & amplissimae Facultatis Iuridicae nomine, peramanter invitat

Rostochi[i]: Kilius, 1642

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746829760>

Druck Freier  Zugang





V. K. — 2 (143.)

1. Schlevogt, de poenitentia.
2. Schlevogt, de fore gestae administrationis.
3. Schlevogt, de testamento parentum inter liberos.
4. Schlevogt, de naturali hominum inter se amore.
5. Schlevogt, de utili rei pecunia dotali comparatae vindicatione.
6. Schlevogt, de alienatione domino prohibita.
7. Schlevogt, de expensis deq. eamque ^{dem} exceptionibus.
8. Wildvoegel, de furtis in iudicium.
9. Schlevogt de ingenuis germanorum.
10. Schlevogt de crimine abortus.
11. Schlevogt de dominio revocabili.
12. Schlevogt de citatibus requisitis et efficacis.
13. Schubart, transmissio hereditatis.
14. Schubart, de administratione rerum ad civitates pertinentium.
15. Schubart, de statu liberorum dubio et illegitimo.
16. Schubart de emenda Saxonica injuste incarcerationis praestanda.
17. Schuermann de fidei iuribus.
18. Schuermann de fructibus.
19. Schuermann, de crimine laesae maiestatis divinae et humanae.
20. Schuermann, de transactionibus.
21. Schuermann, de publicis iudiciis.

22. Schuermann, De interprete.
23. Schütten De collisione obligationum.
24. Viethen ad institut. Justin.
25. Sixolt cognomine Schütz, de lucrat. coad. simpliciter.
26. Schulz, de jure hominum tutelarium.
27. S^huster, de adjecto.
28. Schütten, de competentia judicis.
29. Schwartz, de obligatione proprietas bonae fidei ad rem
dominam restituendam.
30. Schwartz, de jure hominum nasciturorum.
31. Schwartz, crimen laesae majestatis.
32. Schwartz, De feloniam Vasalli ex causa adulteri et stupri.
33. Muscius, de testamentis.
34. Berlich, de electione.
35. Brunst, quod Ambrosius Theodosium A. S. Caetera excludens,
majestatis, aut aliud grave crimen non commiserit. disput. prior.
36. Brunst — — — — — disput. posterioris.
37. Brännemann, de codicillis, indultis connubialis mili-
tari sive quae L. 1. de m. n.
38. Braun, de protectorio imperii, quae L. 1. de m. n.
39. Brenncypen, de praestatione coitionis in cessione
nomi nis.
40. Brinckmann, de notario eorumq. officio.
41. Brückner, de jure fortium.
42. Brückner, de rationibus administratorum.

HENRICVS SCHVCKMAN

**J. U. D. & Codicis Professor, Juri-
dicæ Facultatis vice Decanus, & p. t.**

Academiæ Rostochiensis

RECTOR.

Ad

*Disputationem Inauguralem die 22 hujus mensis
Septembris, in Majori Auditorio, solemniter
habendam.*

Dn: Professores, omniumq;

Facultatum ac Ordinum Cives Aca-

demicos, suo & amplissimæ Facultatis

Juridicæ nomine, peramanter

invitat.



ROSTOCHI,

Typis NICOLAI KILII, Academiæ Typographi.

ANNO MDC XLII,

HENRICHVS SCHVCKMAN

Mag. D. & Codicis Doctor

die Facultate Decanus & p. e.

Acad. in Rostochia

RECTOR

Disputatione Inaugurali de

Legatione ad Imperatorem

in Rostochia

Dn: Professore, omniumque

Facultatum ac Ordinum Civis Acad.

de iuribus & amplissima Facultate

Juridicae huiusce, permissa

privata



Rostochia

in Nicolai Kirchengasse Typographia

Anno MDCXXII



DUO sunt, quæ in omni
actione, cum primis verò lite-
rarum cultoribus, & sic iis
quoque, qui Juris ac Justitiæ
studio operam addixerunt,
vel unicè spectanda propo-
nuntur: **GLORIA DEI ET SALUS PUBLI-
CA.** Pro DEI gloria militat in universum,
quicquid est ex cœli, terræ, marisq; exerci-
tu: Nihil enim datur in totâ naturâ, quan-
tumvis vilissimæ conditionis, quod laudem
Creatoris sui, exserta quasi voce, non loqua-
tur. Quid homini igitur, quæ cœlestis au-
ræ particulam circumfert; imò quid illi non
agendum, qui animum honestis disciplinis
excultum, & mores elegantiori doctrinâ e-
mollitos habet? Hic profectò, quantò lon-
gius abest à fæce rerum terrestrium, & ad
divinitatem, quæ extra communem sortem
est posita, propiùs accedit; tantò plura di-
vinæ gloriæ debebit. Legum Studiosus, qui
illius est Judicii, ut solidam atque ex ipso
A. 2 principi-

principiorum fonte derivatam, non, quæ in-
hiat inanis gloriæ aucupio, superficialiam
magis & damnosam, quàm utilem & opero-
sam Juris scientiam comparare sibi studeat,
is utique studiorum suorum telam, neque
eò, quò intendit, unquam credet perduci
posse, nisi actionibus suis, DEUM pariter &
ipsius gloriam, metam veluti ac terminum
statuerit. Principium, norma & Cynosura
omnis Justitiæ DEUS est: DEUM si remo-
veas, Justitiam oportet removeris; sine quâ
non Juri amplius, sed injuriæ fores patebunt.
Nefas proindè, & ab omni æquitate alienissi-
mum fuerit, non ad eum referre omnia, cui
primam seu originem, & si quam obtinent
totam perfectionem acceptam ferre tenen-
tur. Rectiùs se componunt, & res suas be-
nigniùs informant, qui & integro temporis
decurfu, quo in Astrææ & Themidis Palæstra
desudandum, & postmodùm, ubi superatis
primis difficultatibus, certæ in Republica ob-
eundæ provinciæ, ubi vel Juri dicendo, vel
interpretando, vel aliis partibus admini-
strandis vacare jubentur, semper sibi ob o-
culos versari faciunt æterni Numinis glori-
am,

am, ad eamq; quicquid præstare valent & quantum in viribus est situm, cunctis modis afferendum sentiunt. Pertingent autem ad propositum finem, si quando in omnibus actionibus, DEUM & ipsius sanctissimam voluntatem, regulam ac normam præfinerint.

Alterum, quod in considerationem adducendum, est SALUS PUBLICA. Hæc enim subjicitur gloriæ divinæ, eique per orbem Christianum, longius latiusq; propagandæ, haut exiguum, quod res ipsa docet, adminiculum ministrat. Communi verò saluti, non aliter nec melius quis prospiciet, quam si istiusmodi ineat cogitationes, & ea perpetuò meditetur consilia, quibus Reipublicæ statui, & sic consequenter ipsi Christianæ Ecclesiæ quietis ac beatis esse liceat. Fiet illud, ubi nihil prius, nihil antiquius sibi duxerit, quam Justitiæ, Juris & æqui intemeratum ubique vigorem, atque custodiam servari. Servantur ea, si liber ab omnibus affectibus, & quâlibet præconceptâ opinione solutus animus liberè perspiciat, & id solum attendat, quid Leges & solida earum, quibus suffulciuntur,

fundamenta & rationes præscripserint
Quod si jam eò ventum fuerit, ut venerand
Justitia deliquium alicubi sit passa, omnis ac
hibenda diligentia, omnesq; nervi ac vires in
tendendæ, quomodo vicissim pristino nitore
& suæ, quâ cecidit, integritati restituatur.
Quod ipsum si unquam fuit necessarium,
quemadmodum ejus necessitas, undi-
quaquè se exporrigit, est vel maximè ex-
ulceratissimo hoc seculo, quo animam a-
gere desideratissima Justitia, dummodo
solum in plurimis Rerumpublicarum par-
tibus, non planè exspirasse videtur. Quotus-
quisque verò est (quod graviter dolen-
dum) inter omnes eos, quibus commissa
Justitiæ cura incumbit, qui ità se paret in suâ
statione, ut gloriæ divinæ & Communis Boni
intuitus, in toto sive studiorum, sive consilio-
rum & actionum curriculo, prout ipsa ratio
suadet, utramque, quod ajunt, paginam con-
stituatur. Quotusquisque contrà non reperitur,
quem non vel honor & gloria mundana, vel
lucrum & commodum privatum, vel cætera
humanæ dementiæ inventa aliorum abripi-
at, quàm quò ipsum rectæ rationis & Justitiæ
dictamen


dictamen vocaverit? Hinc efficitur ut Reipublicæ status, qui alioquin felicissimus esse posset, tantis totq; funestis cladibus ad interitum usquè subjaceat. Longè alia Majoribus nostris erat sententia, qui æterni DEI gloriam, & publicam salutem tantoperè pensi habebant, ut summa literarum præmia, iis demùm decernenda judicarent, qui per solidam eruditionem, laudis divinæ & communis Boni incrementum quærerent. Horum ordini, cum accenseri se velit præstantissimus ac Literatissimus LL. Candidatus Dn. **FRIDERICUS CLATTEN**, **CELLA-
LUNEBURGENSIS**, summos in Utroque Jure, eosque laboribus partos ambiit honores. Ad Examen igitur solemniter vocatus, Amplissimæ nostræ Facultati, quam hauserat ex vastissimo Legum Oceano, notitiam probavit. Ut autem & publicè omnibus constet, quos in Jure fecerit progressus, die 22. currentis mensis Septembris, publicum edet ingenii fructum, habiturus DEO volente, inaugura-
lem, de utilissima **FRUCTUUM** materiâ, Disputationem. Nos eâ quâ par est, humanitate officiosè invitatos ac rogatos volumus
Viros


Viros Reverendos, Consultissimos, Excel-
lentissimos, Clarissimos DN. PROFESSORES, O-
mnium Facultatum Doctores, Verbi divini
Ministros, Linguarum & Artium Magistros,
Nobilissimam quoque & in virtutis ac erudi-
tionis stadio strenuè decurrentem Juventu-
tem, aliosq; literatos & literatorum Fauto-
res, ut solemnem hunc Disputationis actum,
honorificâ ac frequenti præsentia eminenti-
orem reddere, & Dn. Candidatum placidis
oppositionibus exercere non graventur. Pro-
babunt hoc ipso, quo sint affectu in honesta
literarum studia, & quàm minus receptam
in Academiis, eamque laudabilem consuetu-
dinem migrare cupiant. Faxit DEUS O-
ptimus Maximus, ut viva Sapientiæ ac Vir-
tutum Seminaria, Fructibus suis ad Bonum
Commune, nunquam destituantur:


71
P.P. RostochI, sub sigillo Facul-
tatis nostræ Juridicæ Septem-
bris Anno 1642.



43. Breuier de jurisdictione communi.







corporales s. jura, quarum possessio in usu & exer-
sistit, L. f. ff. de Servit. L. 6. §. 1. ff. Si servit. vi-
bique vulgatum illud obtinet, quod tantum
præscriptum, quantum possessum, id quod in spe-
risdictionem applicat Köppen. P. 1. Dec. 48. n. 19
autem in longi temporis usucapione rerum cor-
titulus verus requiritur, ita in rebus incorporal-
lus præsumtus sufficit, qui ex præsumta ejus, quæ
scientiâ inducitur, præsumta sc. concessio, Stru-
43. 16. 15. Qui tamen titulus præsumtus non r-
si de justo, vero & ad transferendam Jurisdicti-
biti titulo constat, qui adest, si plures à non Do-
Jurisdictione investiti sunt de prædio pro indivi-
meist. d. l. L. 1. c. 23. n. 21. Per quantum verò
spatium hæc Quasi-Possessio continuata esse deli-
litem non est. Multi requirunt tempus immu-
quam opinionem *receptiorem* & majoris interpre-
tis esse ex Longoyall. refert Paurmeist. d. l. n.
tamen ipse n. 27. recedit. Alii in præscriptio-
parem aut *inferiorem* longum tempus sufficien-
tra *Superiorem* longissimum requiri tempus p-
Gebhard. de Jurisd. c. 3. n. 50. seqq. Alii distin-
Jurisdictionem cum territorio præscribere ve-
eo, & priori casu longum tempus sufficere, post-
gissimum requiri putant, quæ sententia præ re-
bus consona videtur, vid. Zoel. ad ff. de Jurisd.
B. Brunnem. ad Wesenb. de Jurisd. 2. 19. C
ad Jurisdictionem communem in specie applica-
prout & circa ipsam ut b. f. toto tempore præ-
ad sit requiritur in C. f. X. de Præscript. de cui-

